SAMMELHANDSCHRIFT

14. bis 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26449
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nocentiorē facit uideri uirū · nō diuina ueritas
ꝫ humana puersitas · Et si forte hodie acriorem
quisquam passus fuerit uxorem suam ꝫ liberius
murmurantē · cui iam uidebatur quia licebat ui
ro · ꝫ audiuit in ecclesia quia nō licet uiro · si ergo
passus fuerit uxorem suam liberius iam ut diximus
murmurantē ꝫ dicentē sibi · Non licet quod facis
simul audiuimus · xpiani sumus · Quod a me exigis ·
redde michi · fidem tibi debeo · fidem michi debes · fidē
xpo ambo debemus · ꝫ si me fallis · nō fallis eum
cuius sumus · nō fallis eum qui nos emit · Hec atque
huiusmodi audiens ille que nō solet · dū nō uult
in se fieri sanus · in me fit insanus · irascitur · maledicit ·
Fortassis etiam dicat · Quomodo factū est · ut huc ille
ueniret · Aut uxor mea ipso die in ecclesiam procederet ·
Et hoc credo quod in cogitatione sua dicat · Nā
libere erumpere in uocem nō audet · nec ante solā
uxorem suā · Fortassis enim si eruperit ꝫ hoc dixe
rit · potest illa dicere · respondendo · Quare maledicis ·
cui paulo ante clamabas? Certe coniuges su
mus · Cum lingua tua discordas · meū concor
des quomodo uiuere poteris? Nos fratres pericula
uestra intuemur nō uoluntates uestras attendimus ·
Nam ꝫ medicus si uoluntatē egri attenderet ·
numquam illum curaret · Quod nō est faciendū · nō
fiat · quod prohibet deus nō fiat · qui deo credit · ab
ipso audit quod diximus · Certe melius erat qui
busdam nolentibus corrigi · ut uel huc nō uenire
mus si ista dicturi eramus · uel quia iam uenimus